



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117867

§. 27. Institutio Laicorum Jona Auctore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](#)

steria sibi collata Laici conservent, & Sæculum IX.
 penitus collabi non sinant. Cædes & A.C. 829.
 privatorum vindictæ acerrime punian-
 tur. Tandem majoris præ ceteris mo-
 menti est articulus de reprimendo abu-
 su utriusque potestatis. *Nihil magis,*
inquiunt Episcopi, Disciplinæ Ecclesia-
sticæ & Reipublicæ nocet, quam quod a
longo jam tempore Principes causis Ec-
clesiasticis se ingerant, & Episcopi tum
ignorantia tum cupiditate plus justo ne-
gotiis sæcularibus implicentur.

§. XXVII.

Institutio Laicorum Jona Auctore.

Institutio Laicorum a Jona Aurelianensi
 scripta est in gratiam Matfridi, ejus-<sup>to. 1. Spicit.
init.</sup>
 dem Civitatis Comitis, qui Episcopum
 suum rogaverat, ut quam brevissime
 posset, præcepta sibi conscriberet, quæ
 implendo & ipse & alii Christiani in ma-
 trimonio vitam Deo gratam ducere pos-
 sent. Hic Tractatus, et si sit brevis, di-
 vides in tres libros, quorum primus &
 tertius omnibus Fidelibus, secundus ve-
 ro conjugibus utilis est.

Primo agit de obligatione, quam o-^{ib. I. c. 7. c. 8.}
 mnis Christianus in Baptismo subit. Tran-^{ib. II. c. 14.}
 siens deinde ad Confirmationem, horta-
 tur, ut ejus collatio non differatur.
 Quod argumento est, jam illa ætate Sa-
 cramentum Confirmationis a Baptismo

Q 4 ple-

Sæculum IX. plerumque fuisse separatum. Hortatur
A. C. 829.

lib. I. c. 10.

c. 16.

parentes & patrinos, ut pueros in fidei Doctrina erudiant. Queritur, admodum raro fieri, ut pœnitentia secundum veterum Canonum præcepta injungetur, & aliquos peccatores, quo indulgentius haberentur, ad Sacerdotes Disciplinæ Ecclesiasticæ ignaros accedere. Dicit, Fideles pro more in Ecclesia recepto peccata graviora Presbyteris confiteri, ut eorum Ministerio Deo reconciliantur, leviora autem & quotidiana cuicunque obvio; fatetur tamen, istud confitendi genus vix inter alios quam inter Monachos retineri. Nempe aliqui, præter Confessionem Sacramentalem peccatorum mortalium necessariam, culpas leviores aliis non Presbyteris confitebantur, ut humiliarentur, eorumque consilio & precibus adjuvarentur.

c. 19.

Jonas præterea queritur, plerosque Laicorum Sanctam Communionem tribus solum præcipuis anni Festis accipere, & hortatur, ut sæpe sed rite dispositi communicent. Rursus carpit, quod multi Dynastæ a Parochis partem Decimorum, & aliorum proventuum ex Ecclesiis sui Patronatus, tunc præcipue, quando frequentissimus esset populi concursus, exigerent. Quod Laici Presbyteros pauperes usque adeo vilipendebant, ut iis pro famulis uterentur, & ad capien-

c. 20.

capiendum secum cibum non admitte- Sæculum IX.
rent. In aleatores vehementer invehi- A. C. 829.
tur, & contra eos, qui venatui immodi- c. 23.
ce indulgebant, atque ideo ab officiis
Divinis aberant, & pauperes opprime- c. 24.
bant.

Comites aliquique Optimates jus qui-
dem dicebant, sed plerique superante
socordia causas pauperum negligebant,
& a divitibus munera accipiebant. Sua lib. III. c. 14.
det, ut ægrotantes Ministerio Pres-
byterorum ungantur, & complures ar-
guit, quod divinatores consulerent, quis
morbi exitus esset futurus. Item repre- c. 15.
hendit, quod pauperum sepulturæ ex-
tra curam essent, & destructis sepulchris
domus eorum loco ædificantur. Hoc
opus pro temporum illorum methodo
sententiarum ex Scriptura & Patribus
excerptarum unus prope contextus est.

§. XXVIII.

Halitgari Tractatus de Pœnitentia.

Halitgarus in hoc Concilio Parisiensi Sigeb. illust.
præsens Episcopatum Attrebaten- Bald. t. I.
sem & Cameracensem ex anno octingen- Flod. II. hist.
tesimo decimo sexto gerebat, atque Eb- Rem. c. 19.
bonis Archiepiscopi Remensis in sua Mis-
sione Danica anno octingentesimo vige-
simo secundo socius fuerat. Anno o-
ctingentesimo vigesimo octavo a Ludo-
vico Imperatore Constantinopolim Le-

Q 5 gatus